

alias preces, vel alia pia opera recitationem divini Officii.

»16. Dispensari in occultis cum regularibus a quibusvis irregularitatibus, inhabilitatibus et pœnis, non autem in publico defectu natalium quoad generalatum, in publicis vero non nisi auditis superioribus.

»17. Posse absolvere appostasas a censuris cum reincidentia, si non redeant intra præfinitum tempus, dilata dispensatione super irregularitate, si quam contraxerint, usque ad actualem reditum. Posse etiam concedere, u ipsi transeant ad alium ordinem.

»18. Posse concedere transitum ad religionem laxiorem, modo ibi vigeat regularis observantia; non tamen ad ordinem Sancti Benedicti antiquioris observantiæ; neque ad consimiles congregationes cujuscumque ordinis. Item quoad nominales ultra montes.

»19. Posse absolvere et dispensare super defectibus et censuris etiam ob clausuræ violationem.

»20. Item concedere confessarium monialibus. (Vide dicta de hoc lib. 6, num. 576.)

»21. Vacante Sede Apostolica, habere facultatem in foro conscientiae etiam in casibus in quibus vivente Pontifice non habebat; tamen cum reincidentia si ad novum Pontificem petentes non se præsentent, hancque facultatem post Cardinalis Pœnitentiarii ingressum in conclave transire ad signaturam. Alia quæ pertinent ad matrimonii materiam, vide lib. 6, num. 1144. Alia minus scitu necessaria observare potes in citata bulla *Pastor bonus*.

»Demum hic nota, quod, cum litteræ S. Pœnitentiariæ committuntur magistro theologiæ, vel decretorum doctori, possunt eas exequi confessarii Societatis Jesu designati a generali, vel provinciali de ejus licentia, ut concessit Gregorius XIII, 3 April. 1582. Et idem possunt lectores jublati Ordinis Minorum, ex concessione Innocentii XI, 27 Novemb. 1679. *Ac*

ideo idem possunt omnes regulares in privilegiis eorum communicantes; ita refert Elbel, tom. 3, conf. 20, p. 506, num. 513.»

3089. Como la Sagrada Penitenciaría no dispensa ó absuelve, ordinariamente hablando, sino de impedimentos ó casos ocultos, conviene tener alguna noción de lo que se entiende por *occultum*. He aquí lo que dice Marco Pablo León en su erudito tratado titulado *Praxis ad litteras Majoris Pœnitentiarii*, etc. (Véase el número 3119.)

»1.º Aliquid potest esse materialiter publicum, sed formaliter et secundum quid occultum: v. gr., Missa celebrata a sacerdote excommunicato occulto coram universo populo est actus publicus et est delictum, non tamen est delictum publicum.

»2.º Potest aliquod delictum esse publicum, et tamen ejus pœnam et effectum occultos; v. gr., si in aliqua villa parochus publice excommunicatus coram populo suæ villæ Missam celebret, et populus notet id fieri non posse et esse delictum; nihilominus ignoret ex dicta celebratione contrahi irregularitatem. Et propterea ista Missæ celebratio erit actus publicus et delictum publicum, tamen quoad irregularitatem erit delictum occultum; et a S. Pœnitentiaria in similibus fuit dispensatum ut in occultis.

»3.º Aliquod delictum potest esse simul publicum et occultum respectu locorum diversorum; v. gr., si quis committat homicidium præsentem populo Novariæ, et postea se conferat Matriti, istud homicidium est publicum in primo loco, sed in secundo esset occultum ob non divulgationem illius: et tale occultum sæpius admittit Sacra Pœnitentiaria in suis absolutionibus et dispensationibus meo tempore concessis.

»4.º Non implicat quod aliquid a sui origine et principio fuerit publicum et tractu temporis fiat occultum; tempus enim omnia devorat. Hoc

autem genus occultorum etiam pluries, meo tempore, S. Pœnitentiaria admisit, sed non eodem modo in omnibus casibus: in dispensationibus matrimonialibus per decennium, in irregularitatibus per viginti vel triginta annorum spatium dumtaxat præsumpsit publicitatem originalem oblitteratam fuisse.» (Part. 2, de occultis.)

3090. No obstante lo dicho por el docto jesuita Marco Pablo León, como se trata de una materia importante, difícil y que ocurre con frecuencia, me parece conveniente añadir lo que pone el Doctor San Ligo-rio en el lib. 6, núm. 1111. Dice así: «Quomodo, et quando impedimentum intelligatur esse occultum, cum in litteris S. Pœnitentiariæ dicitur: *dummodo impedimentum occultum sit?* Navar., loquendo de censuris cum Glosa, in cap. *Quis aliquando*, § *Hæc ergo de pœn. dist.*, verb. *Secreta*, dicit esse occultum, quando factum fuit in præsentia quinque personarum, «quia (ut ait Nav.) non est de occulti essentia, quod sua natura non sit probabile, qualia sunt mentalia.» Unde concludit, quod ut aliquod crimen dicatur occultum, sufficit non esse publicum majori parti oppidi, viciniæ, vel collegii, ubi saltem immorentur decem personæ; et idem sentiunt Suarez, Azor., Tolet., Mol. Bene tamen advertit Fagn. hanc doctrinam, scilicet, quod factum sit notum majori parti parochiæ, intelligendam esse cum grano salis; nam si in parochia essent mille personæ, perperam diceretur occultum factum illud quod sciunt quadringenti, vel quingenti. In nostro autem casu, dicit Sanchez, quod si impedimentum possit per duos testes probari, illud amplius non potest dici occultum, etiamsi non sit periculum quod ad forum deferatur, quia tunc sequerentur eadem inconvenientia, quæ olim sequebantur ex matrimonio clandestino; nam, probato impedimento, post contractum ma-

trimonium posset alter conjux alias nuptias inire.

»Sed melius et communissime dicunt alii, ut Spor., etc., id tantum procedere, quando prudens adest periculum quod res sit deferenda ad forum externum; et idem Sanchez videtur se retractasse (lib. 8, disp. 34, num. 55), dum ibi explicando ex Navar. præfatam clausulam Sacræ Pœnitentiariæ: *dummodo impedimentum occultum sit*, dicit cum Lop. et Manuel, illud dici occultum quod non est publicum majori parti parochiæ, viciniæ, vel collegii. Unde recte concludit N. SS. P. Bened. XIV, Notific. 87, núm. 45 in fine cum Tiburtio, Nav. et Thesaur., tum confessario abstinendum esse ab exequenda dispensatione, *quando ex circumstantiis prudenter conjicere potest impedimentum ex occulto posse fieri publicum.*

»Ceterum ait cum iisdem auctoribus et Sayro impedimentum *per se* dici occultum, si notum sit in oppido sex solis personis, in civitate septem vel octo, modo ab eis non fuerit divulgatum. Testatur autem Fagnanus Sacram Pœnitentiariam servare hanc praxim: quando crimen est notum tantum quatuor vel quinque personis, dispensat in eo tamquam occulto; sed ego scio S. Pœnitentiariam dispensasse in impedimento quodam consanguinitatis noto decem circiter personis. Advertit vero idem Fagnan. hoc intelligi, quando a Sacra Pœnitentiaria dicitur in clausula simpliciter *occultum*, secus si dicatur *omnino occultum*, ut solet poni in impedimento criminis; quia tunc merito ait non dici occultum crimen quod potest per duos testes probari. E converso notat præfatus Benedictus cum de Leone, Bon., Tib., Girib., et pluribus aliis, quod aliquando posset esse crimen publicum materialiter, nempe, si publicum sit viciniæ, sed formaliter occultum, nimirum, si ignoretur ab illa copula nasci impedimentum affinitatis, et tunc etiam potest impe-

trari dispensatio a Sacra Pœnitentiaria.»

3091. El Doctor San Ligorio cita en este lugar á Benedicto XIV (Inst. tit. 87, §, 42) en favor de la opinión de los que afirman que se puede acudir á la Penitenciaría cuando, aunque el crimen sea público, el impedimento dirimente que nace de él es oculto formalmente. En efecto: Benedicto XIV, en dicho número, cita los autores que afirman esto; pero un poco después (§ 48), donde expresa su opinión razonada, afirma expresamente que nunca pudo comprender cómo se pueda llamar oculto el impedimento dirimente que nace de un crimen público, por más que generalmente se ignore por el pueblo que de ese delito nace el impedimento dirimente; y que se seguiría que de la cópula ilícita con pariente, por más que fuese público el incesto, se podría muchas veces acudir á la Penitenciaría por la dispensa; porque no sólo en pueblos pequeños, sino aún en algunos grandes, se ignora que hay impedimento dirimente para casarse con persona parienta en primero ó segundo grado de consanguinidad de la persona con quien se cometió el incesto; y añade que pueda jurar que en los diez años que asistió á la Sagrada Penitenciaría, jamás se recibió como oculto, cuando el crimen era formalmente público; y cita al P. Testauro, que dice que así opina en la práctica la Sagrada Penitenciaría. Así opina también Gousset (tomo 2, núm. 860).

ARTICULO III

De las causas por que se conceden las dispensas matrimoniales.

3092. El Concilio de Trento, en la sesión 24 *De reformatione matr.*, cap. 5, dice que las dispensas se concedan con causa: *idque ex causa concedatur*; por lo tanto, sólo el Romano Pontífice, por la suprema plenitud de

su potestad, puede conceder *válidamente* dispensas de impedimentos dirimientes matrimoniales sin causa: dije *válidamente*, porque si lo hiciera sin motivo, al menos frecuentemente, pudiera causar males á la sociedad, y aún escándalos. Cualquier otra autoridad eclesiástica inferior al Papa que dispensara sin causa canónica, dispensaría nulamente.

Como cuando se dispensa por la Dataría Apostólica, ó por la Sagrada Penitenciaría, se suele poner (y aún cuando no se ponga se sobrentiende), *si preces veritate nitantur*, de aquí es que se debe tener muy presente lo que dispone Benedicto XIV en su bula que comienza *Ad apostolicæ servitutis*, de 25 de Febrero de 1742. (Se halla en el *Bulario* de Benedicto XIV, tomo 1, pág. 127, y es la 45 en el orden de las bulas). Después de quejarse de los agentes y expendedores de las solicitudes de dispensas de impedimentos, que afirman que «expresio causarum, earumque verificatio in dispensationibus non est aliquid substantiale, sed formalitas quædam, et forensis styli consuetudo,» Benedicto XIV pone á continuación la siguiente corrección: «Quod non minus veritati adversatur, quam executionis ordinem ac modum bene ac prudenter constitutum subvertit; cum expressio causarum earumque verificatio ad substantiam et validitatem dispensationis pertineat, illisque deficientibus, gratia nulla ac irrita sit, nullamque executionem mereatur.»

3093. *P.* Esto supuesto, ¿cuáles son las causas por las que ordinariamente se concede la dispensa?

R. El Papa Benedicto XIV, en su respuesta á las preguntas que sobre esta materia le hizo el arzobispo de Turón, en 26 de Septiembre de 1754, señaló las siguientes causas:

* 1.^a *Cópula cum consanguinea*, vel affine, vel alia persona impedimento laborante præhabita, et prægnantia, ideoque legitimatio prolis; ut,

nempe, consulatur bono prolis ipsius; et honori mulieris, quæ secus innupta maneret. Hæc profecto una est ex urgentioribus causis, ob quam etiam plebejis dari solet dispensatio, dummodo copula patrata non fuerit sub spe facilioris dispensationis. (Marc., tomo 2, núm 2049, causa 8.^a).

2.^a *Ob infamiam*: videlicet, quia vir et mulier invicem conversati sunt, carnali tamen copula inter eos minime subsecuta, et nihilominus orta est suspicio, licet falsa, quod se carnaliter cognoverint. (Véanse los números 3083 y 3110.)

3.^a *Pro muliere* vigintiquatuor annorum et ultra, quæ hactenus virum paris conditionis cui nubere possit non invenit.

4.^a *Angustia loci*, sive absoluta, sive relativa (ratione tantum oratricis), cum, scilicet, in loco originis, vel etiam domicili, cognatio fœminæ ita sit propagata, ut alium paris conditionis, cui nubat, invenire nequeat, nisi consanguineum vel affinem; patriam vero deserere sit ei durum. (Angustus reputatur locus qui 300 focos, seu 1.500 incolas catholicos non excedit, ex declaratione Pii IX edita die 30 Augusti 1847. Quocirca S. Congreg. Conc. declaravit die 16 Dec. 1876: Angustiam loci non esse desumendam a numero focorum cujusque parœciæ, sed e numero focorum cujusque loci vel etiam plurium locorum, si non distent ab invicem ultra milliarem seu 20 minuta.) (Marc., t. 2, núm. 2049, caus. 1.^a). (Véase el núm. 3101, en el que se explica más esta causa.)*

5.^a *Pro indotata*: ex quo mulier indotata existat, nec habeat actionem unde dotari possit, et vir illam sic indotatam in uxorem ducere, ac usque ad quantitatem secundum dictæ mulieris qualitatem competenter ex integro dotare intendat. Apponitur tamen decretum: «Et postquam dicta mulier competenter ex integro dotata fuerit, ut profertur.»

6.^a *Ob inimicitias*: explicatur hæc causa ex sequentibus verbis: quod cum inter viri et mulieris parentes, consanguineos et affines, graves inimicitie ortæ jam sint, et ad præsens vigeant, aliunde tamen quam ex causa matrimonii inter ipsos contrahendi provenientes et ante illius tractatus exortæ, et certum sit, quod si vir et mulier præfati invicem matrimonialiter copularentur, inimicitie hujusmodi omnino componerentur, pro illis igitur componendis, ac pro bono pacis cupiunt invicem matrimonialiter copulari.

7.^a *Pro confirmatione pacis*; causa hæc ita explicatur: quod cum inter virum et mulierem, nec non eorum parentes, consanguineos vel affines graves inimicitie vigerint, aliunde tamen quam ex causa matrimonii inter virum et mulierem præfatos contrahendi provenientes, et ante illius tractatum exortæ, et licet pax de recenti inita fuerit, nihilominus pro illius confirmatione cupiunt matrimonialiter copulari.

8.^a *Ob lites*; quia, nempe, cum inter virum et mulierem, seu eorum parentes, graves lites super rebus magni momenti ortæ jam sint, et ad præsens vigeant, aliunde tamen quam ex causa matrimonii inter ipsos contrahendi provenientes, et ante illius tractatus exortæ, et certum sit, quod si vir et mulier præfati invicem matrimonialiter copularentur, lites hujusmodi omnino componerentur; pro illis igitur componendis ac pro bono pacis cupiunt, etc.; attamen expressa conditione; et facta prius litium hujusmodi hinc inde cessione seu illarum compositione.

9.^a *Ob hæresim*: quod ipsi qui orthodoxæ fidei vere cultores existunt, et sub obedientia sanctæ Romanæ Ecclesiæ vivunt, vivereque et mori intendunt, et in illis partibus in quibus multi adsunt hæretici, non possint singulorum animos explorare, et qui catholicam religionem vere profi-